MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)

Melk, um 1470 Seite 331v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

deuenisse. ut credas te extra istam
uitam aliquid habiturum. postquam
cineres humani corporis ita ad nichi-
lum redigantur. ut nec ipsa ossa subsi-
stant. Cui beatus hermes. Et ego an-
hos annos deridebam. et istam carna-
lem uitam utilem esse dicebam. Et quirinus.
Fac me probare. ut si ita est sicut tu cre-
didisti. et ego credam. Beatus hermes
dixit. Sanctus alexander qui habet in ui-
culis hic me docuit. Audiens hec qui-
rinus cepit maledicere alexandro et dixit
ad hermen. Ego te rogaui dicens. Fac
me probare te iuste credidisse et tu in-
nominas hominem magum quem in uin-
culis habeo et in carceris ima conclusi.
Conueniens est quod dicis. uado ad eum ipse
et triplicabo illi uincula et custodes.
si potuerit hora cenandi uenire ad
te. credam que docuerit. Fuit ergo et tripli-
cauit uincula. custodes apposuit. Pri-
mo ergo noctis inicio. uenit puer qui
uidebatur esse non amplius quam quinque
annorum. ferens faculam ardentem in
carcerem. et flectens genua sua cum
beato alexandro ~~ait~~ orauit. dicens
orationem dominicam. Et apprehendens ma-
num eius. eduxit per fenestram. et perduxit
eum ad beatum hermen / in domum qui-
rini. Quirinus uero ut hoc factum uidit.
exterritus est. Cui beatus hermes post
alia dixit. Ecce nos uides inmunes.
quos custodiis mancipasti. Causa
cur ego huic sancto alexandro credide-
rim ista est. Hermes cum non esset filius
in nimio languore positus. quem ad
huc ambulabat ad litterarum studia. hunc
in capitolium cum esset ductus a me et a ma-
tre sua et sacrificarem diis et ponti-
ficibus premia dedissem, mortuus est

Tunc increpare me cepit nutrix eius
dicens. Si eum ad limina sancti petri
duxisses et credidisses xpo. filium tuum
incolumem haberes. Cui ego respondi
Dum tu sis ipsa ceca facta et non sis cu-
rata. quomodo filium meum reddet inco-
lumem? Si ante istos inquit quinque an-
nos credidissem xpo. redditi mihi essent
oculi. Cui dixi. Vade et crede et si tibi
oculos aperuerit alexander. credam quod
et mihi reddat filium meum. Cum illa abijt
ad ipsum ceca. et ecce reuisa est ad me
sana. Imponensque humeris suis mor-
tuum filium meum. cucurrit et iactauit
eum ante pedes beati alexandri. At ille
oratione facta resuscitauit eum. Ego con-
festim misi me ad pedes eius. et roga-
ui me xpianum fieri. Patrimonium uero
matris eius ipsi contuli. aliquanta eciam
de meo addidi. cetera uero aut pauperibus
erogaui. aut seruis meis. qui mecum
sunt xpiani facti dedi. Hec et his similia
cum egisset circa quirinum beatus her-
mes. credidit quirinus cum omni domo
sua. et baptizatus est. Aurelianus hec
audiens. dictauit in ultimo senten-
ciam. ut beatus hermes gladio pu-
niretur. Qui decollatus est. et a beata so-
rore sua theodora collectus in uia sa-
laria uetere non longe ab urbe roma. sub
die quinta mense septembrio sepultus est.

Temporibus Eodem die passio
numiani S. pelagij martiris
imperatoris. fuit uir quidam
habitans in ciuitate emo-
nia que est in prouincia carnie nomine
pelusius cum sua coniuge nomine helara di-
uites et timentes dominum nostrum ihesum xpistum.
Habebant enim unicum filium nomi-
ne pelagium. Et erant ambo obedien-